



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 50. Fauhetii, Bernartii, & Franchisi obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

sub Ludovico Dureto Regio Medicinæ Sæc. XVII.  
 Professore hujus disciplinæ præcepta A. C. 1601.  
 celeriter æque ac profunde attigit. Post-  
 ea Patavium & Ticinum delatus ibidem  
 Medicæ Facultatis Doctor creatus, an-  
 no Domini millesimo quingentesimo  
 octogesimo primo Lugduni Professor re-  
 nuntiabatur, quo munere per viginti  
 omnino annos summa cum laude fun-  
 ctus die, qua natus erat, undecima Au-  
 gusti anno ætatis suæ quinquagesimo  
 octavo ex calculo obiit. Præter plu-  
 rimas Medici instituti lucubrationes  
 scripsit *responsum ad supremam Hollandicæ  
 Curiam, nullum esse aquæ innatantium la-  
 miarum judicium, & librum de humana  
 felicitate.*

§. L.

*Fauhetii, Bernartii, & Franchisi  
 obitus.*

Hunc ipsum annum sibi quoque fune-  
 stum habebant alii Scriptores eru-  
 ditione clari, quos inter primum recen-  
 semus Claudium Fauhetum, qui Pa-  
 risiis natus, omnique ferme scientia-  
 rum genere excultus mira in publicis  
 negotiis dexteritate pollebat, quapro-  
 pter in Regium rei Monetariæ Præsi-  
 dem nominatus ab ipso etiam Cardi-  
 nali Turnonio ad Franciæ Regem fer-  
 venti-

*Sammarth.  
 elog. l. 5.  
 Baillet jug.  
 des Trad.*

Sæc. XVII. ventibus Etruriæ tumultibus decernitur  
 A. C. 1601. batur, qua legatione tam prospero successu tamque singulari prudentia functus est, ut ad altiores honorum dignitates sibi viam sterneret: nec tamen propterea ingens negotiorum moles gratum literarum otium interturbare poterat, quin pluribus iisque eruditissimis lucubrationibus se literariæ Reipublicæ optime meritum redderet. Edidit enim in Gallico idiomate tractatus *de libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ*, alios *de antiquitatibus veterum Gallorum*, nec non librum *de origine Equitum, insignium & armorum, quibus Galli olim in bellis usi sunt*, præter plures alios tractatus qui una omnes anno Christi millesimo sexcentesimo decimo Parisiis, anno autem sequenti Genève excusi prodierunt. Hunc sequitur Joannes Bernartius, qui Mechliniæ jurisprudentiam edocuit, haud ingratus Justii Lipsii Discipulus erat: Scripsit utilissimum Tractatum *de utilitate legendæ Historiæ*, necnon celeberrimos commentarios in Statium Boetii consolationem Philosophiæ. Pleurimorum adhuc ingenii sui monumentorum spem mortis præmaturæ invidia posteris eripuit; quippe nonnisi triginta annos natus hoc anno Mense Januarii mortalitatem exiit. Postremo loco recensendus est Vincentius Franchis Neapolitanus

poli Anno reparatæ Salutis millesimo Sæc. XVII.  
 quingentesimo trigesimo primo natus, A. C. 1601.  
 qui naturæ beneficio eloquentissimus,  
 insuper facilis omnino & planus in ex-  
 plicandis jurisprudentiæ præceptis, so-  
 lidusque in applicandis exstitit, quas  
 egregias animi dotes necnon scientiam  
 uberrime hausit in Caussidici munere,  
 quo adolescens adhuc fungebatur, lu-  
 culentis testimoniis comprobabat: quo-  
 circa primo Neapolitani Regni Consi-  
 liarius, ac demum Præses a Philippo II.  
 Rege renuntiabatur. Edidit quatuor  
 volumina decisionum sacri Regii Con-  
 siliarii Neapolitani.

## §. LI.

*P. Petrus Zarba aliique Carmelitani  
 Ordinis Scriptores mortui.*

Obiit pariter hoc anno Leocatæ in Si-  
 cilia die duodecima Februarii P.  
 Petrus Zabra patria Melitensis. qui de-  
 cimo octavo ætatis suæ anno Carme-  
 litarum ordinem professus tam insignem  
 in literis profectum fecit, ut non modo  
 Theologiæ Lector, sed & ejusdem Fa-  
 cultatis Laureatus Magister crearetur:  
 Singulari insuper animarum Zelo fervi-  
 dus inter celebriores ævi sui Ecclesia-  
 stes numeratus est. Postea propriis  
 duntaxat suffragantibus meritis Tribu-  
 nali